



## Universitätsbibliothek Paderborn

**De Honore, Dignis Vel Indignis, Jvste Vel Invste, Deo  
Semper Jvstissimo, Dato, Negato, Violato**

**Stengel, Georg**

**Ingolstadii, 1650**

§. 10. Omnes calamitosos se reos agnoscere debere.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48689](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-48689)

Etiam tunc illo refragante, apparuit quoq;  
lippitudo oculorum: Tum isti, iam tres da-  
bis nummos, inquiunt. Egone? ait ille,  
pugnabo potius. In luctâ illâ detecta est  
hernia quoque. Tum exegere tandem num-  
mos ab eo quatuor, qui si vnum dedisset,  
liber ire potuisset. Sic plurimi leuibus ma-  
lis impatienser toleratis, grauiora, & con-  
duplicata sibi accersunt; quemadmodum  
fertur Laomedonti quondam accidisse, qui  
equis traditis, quos Herculi promiserat, se,  
& suos conseruare potuisset, quibus dene-  
gatis, non illos postea solùm, sed etiam vr-  
be vi capta regnum amisit. Pari paclio, qui  
castigari à Deo nolunt, ob sua delicta, ni-  
hilominus castigantur, & regnum insuper  
calorum amittunt.

## §. X.

*Omnis calamitosos se reos agnoscere debere.*

At culpam non agnoscis? Nec Ephræm  
agnouerat; beneficium fuit, plecti, ut agno-  
sceret. Multi periculosissemè ægrotant, qui  
se sanissimos arbitrantur. Primus sanandi  
gradus est, morbum patefacere. Deus dice-  
re potuit: *Quis me arguet de peccato?* Nos Ioan. 8.  
id dicere non possumus. *Quis enim,* ait S. 46.  
Augustinus, *non ægrotat in hac vita? quis non* <sup>S. Augu-</sup>  
<sup>stin. in</sup>

*longum languorem trahit? nasci in hoc corpo-  
re mortali, incipere agrotare est. Insanus est,*

**J. Ioan. 1.** qui h̄ic se sanum iudicat. Si dixerimus quo-  
**10.** niā non peccavimus; mendacem faciu-

*cum, & verbum eius non est in nobis. Qui me  
arguer de peccato? ait. Angelus tuus, diabo-  
lus tentator tuus, conscientia tua te arguet  
de peccato: ipsa Dei poena te arguet; quia  
plerumq; homini scelerum memoriam refi-  
cat. Ita fratres Ioseph, post triduanum car-  
cerem, proditores habiti, quamvis nullius si-*

**Genes. 42.** bi proditionis consij, locuti sunt ad invicem:  
**21.**

*Meritò hac patimur, quia peccavimus in fra-  
trem nostrum, videntes angustiam anima illiu-  
dum deprecaretur nos, & non audiūmus: id-  
circo venit super nos ista tribulatio. E quib⁹  
vnus Ruben, ait: Numquid non dixi vobis:  
Nolite peccare in puerum: & non audistis me?  
en sanguis eius exquiritur. Diu antē factum  
crimen sciuerant nondum esse deletum ē  
memoria: cuius omne malum vindictam  
interpretabantur. Ita & Ionas coorta s̄ua*

**Ion. 1. 12.** tempestate: Tollite, me, ait, & mittite in ma-  
re, & cessabit mare à vobis: scio enim ego, quo-  
niā propter me tempestas hac grandis venit  
super vos. Vtinam & nos hunc spiritum ha-  
beremus! quām æquis animis aduersa om-  
nia

nia exciperentur? Dicuntur de te, quæ  
numquam cogitasti? discute sinum & vide,  
an non & tu de alijs dixeris aliquando, quæ  
non cogitarunt. Suspicantur te homines  
iniustum, furem, impurum? examina con-  
scientiam, an non & tu talia de alijs fueris  
suspiciatus? Fraude circumuentus es? in pe-  
ctore tuo circumspice, an non & alij à te  
fuerint circumuenti. Torum tuum alius pol-  
luit? sed tu quoq; antè torum alterius pol-  
luit. Deicxit te de dignitate, de loco, de  
officio alius? alios prior ipse deiecisti, au-  
longè designasti grauiora. Sed in hoc au-  
illo facinorum genere iniuriam pateris? in-  
iuriam iniurijs scito fuisse compensandam:  
si nocens es, de quo accusaris, non anti-  
quum tuum crimen, sed illud ipsum lueres,  
de quo accusaris. Noli ergo Deū arguere de  
peccato, aut de iniquitate, sed te ipsum, si  
exagitaris; culpam agnoscet, si pœnam sen-  
tis. Quod si culpa est tibi occulta, scito ni-  
hilominus à Deo iustissimo neminem frustra  
puniri. Audi ipsum Apostolum: *Nihil mihi 1. Cor. 4:*  
*concius sum, inquit: sed non in hoc iustificatus 4:*  
*sum, qui autem iudicat me Dominus est. Plus*  
*videt, quam tu, ô homo, plus illi crede,*  
*quam tibi: & quoties iratum animaduertis,*

Gg 3

sancti

S. Augu-  
stin. lib.  
soliloq.  
cap. 6.

sancti illius verbis illum placa: Domine lux  
mea, inimici mei de me fecerunt quacumq<sub>3</sub> vo-  
luerunt; percusserunt, nudauerunt, polluerunt,  
corruperunt, vulnerauerunt, & occiderunt me,  
quia recepsi a te: itemque: Domine quoniam  
tu es, qui fecisti me, noli exterminare me, tan-  
tum cade ut proficiam, non ut deficiam, tantum  
tunde ut producar, non ut comminuar. Hoc  
discrimen est inter testam & aurum; testa-  
cūm tunditur, frangitur; aurum etiam tu-  
sum extenditur. Sic homines pravi pœnis  
sunt peiores & pereunt; probati, cūm ca-  
stigantur, emendantur. Et multi malis do-  
cti, cum Ephræm mundo nuntium remise-  
runt; ne rursum peccantibus aliquid dete-  
rius contingenteret; vel saltem icti sapuerunt.

## §. XI.

*Alius, qui dubitauit, An Deus esset, carcere  
emendatus.*

Qualem egovirum cognoui, in quo eru-  
ditio cum ingenio certabat, qui cūm ad  
perpetuum carcerem damnatus, in se se de-  
scendisset, Dei cœpit agnoscere iudicia, ac  
me audiente ingenuè dixit, se in libertate  
constitutū cogitasse; enim uero, an Deus es-  
set, sæpe dubitasse. Carcer ergo, in quē alia  
de causa coniectus, de qua conuictus non  
est,